


A


BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
68
12 A
4

CVRA CLERICALIS.







Ura est onerosa atq3 sollicita custo-
dia animaru3 alicui cōmissa vt aīas
hominū custodiat ne pereant: sed po
tius vt saluent̄. Sacerdotes igitur
debent scire ea officium eoꝝ maxime
curatoꝝ iuxta quatuor ethimologias huius nomi-
nis (vt h3 Jo hānes Damascenus) concernunt.
¶ Uno modo sacerdos dr̄ quasi sacro dicēs. Ideo
dicunt̄ ethimologice sacerdotes quasi missarū cele
bratores. Quare tantū de sciētia habere debent ꝙ
sciant recte ꝛ distincte legere: ꝛ ea que in misse offi-
cio ꝯtinent̄: ad minus grāmaticaliter intelligere: cō
grue pronunciare: accentuare ꝛ debite punctuare.
¶ Alio modo sunt sacramētoꝝ ministratores. Jō
sacerdos dr̄ quasi sacra dans. Quare tantū de sciē-
tia habere debēt ꝙ sciāt numerū sacramētoꝝ ꝛ que
sit debita forma materiaq3 cuiuslibet sacramenti ꝛ
modū ministrandi ea maxime que ad eos spectant
¶ Tertio dicunt̄ cōfessionum auditores. Ideo sa-
cerdos dr̄ quasi sacer dux. hoc modo opus est eos
scire discernere inter lepram ꝛ non lepram: vt habet
Paulus. i. inter peccatum ꝛ non peccatum ꝛ impo
nere satisfactiones salutares.
¶ Quarto sacerdotes sunt plebis doctores: Ideo
dr̄ sacerdos quasi sacra docens. hoc modo opus est

cos scire ad minus articulis fidei ꝛ alijs preceptis dei informare.

¶ Itē sacramentū ꝯm Johānem Scotū doctorē subtilē dist.iiij.q.v.quarti sententiarū. Est signum sensibile ex diuina institutione significans effectum gratuitum ad salutem hominum viatoꝝ ordinatū. Sed ꝯm Aug.x.de ciuitate dei:est sacre rei signum. Sed ꝯm magistrum.im.sententiarum dist.i.sacramentum est inuisibilis gratie visibilis forma. vt in baptismo ablutio peccatorum est inuisibilis gratia ꝛ aqua naturalis est eiusdem visibilis forma.

¶ Septem sunt sacramenta scilicet Baptismus. Cōfirmatio. Sacer ordo. Eucharistia. Penitētia. Matrimonium extrema vnctio.

¶ Quoꝝ duo sunt voluntaria: videlicet matrimoniū: ꝛ sacer ordo: q2 nemo coartandus est ad sumendū ea. Sꝫ alia quinqꝫ sunt necessaria.s.baptismus confirmatio: eucharistia: penitentia: ꝛ extrema vnctio. Quia sunt in precepto: ꝛ quilibet tenet ea suscipere pro loco ꝛ tempore.

¶ Tria sunt sacramēta irreiterabilia: scilicet Babtismus: ꝯfirmatio. ꝛ sacer ordo. Quia in eis imprimunt caracteres indebiles ipsi anime in collatione eoꝝ. Unde reiterās eā ꝯꝫ canones est a susceptione sacroꝝ ordinū īpediēdus: ꝛ ꝯm leges decollādus.

¶ Reiterabilia sacramēta sunt q̄tuor: scilicet. Eucharistia. Penitentia. Extrema vnctio: et Matrimonium Quia in collatione eorum non imprimuntur caracteres indebiles ipsi anime.

¶ Caracter est quedam spiritualis entitas quam homo consequitur in susceptione sacramenti.

¶ Virtus et effectus sacramētorum in generali est auferre culpam si inuenit eam: et conferre gratiam vel eam augere si debite et deuote sumantur.

¶ Unde tria requiruntur ad omne sacramentum. Materia. Forma et intentio ministri.

¶ Baptismus secundum magistrum quarto sententiarum dist. iij. Est intinctio id est ablutio corporis exterior facta sub forma verborum prescripta.

¶ Vel sic. Baptismus est intinctio facta in aqua verbo vite consecrata ad delendum peccatum originale. Unde baptismus grece ablutio dicitur latine: Et baptiso as are: idem q̄d abluo is ere.

¶ Triplex est baptismus. Nam quidam est fluminis. Et est qn̄ qs in aqua naturali baptisat. Et iste est sacramentum ecclesie: et tali baptismate nullus pōt seipsum baptisare: q2 ꝫm beatum Augustinum primo libro de Trinitate. Nullus seipsum gignit corporaliter: ergo nec spiritualiter: que regeneratio fit per baptismum: vt dicitur Joh. iij: ergo etc.

¶ Alius est baptismus flaminis: et est quando quis per infusionem gratie spiritussancti inuisibiliter mundatur a peccato. Et tali baptismo potest vnus seipsum baptisare habendo deuotionem ad baptismum: proponendo in se: si haberes baptisantem te et opportunitatem velles baptisari. Et si talis moreretur in huiusmodi proposito saluaretur.
¶ Alius est baptismus sanguinis: et est quando quis in proprio sanguine baptisatur: quando scilicet non baptisatus suscipit mortem pro fide christi. Et ille baptismus proficit ad salutem anime dummodo tamen habeatur baptismus aque in voto ab adulto: vt legitur in legenda sancte Katerine de rhetoribus: et de pueris in camino ignis: Sed in pueris non requiritur tale votum: sed sufficit mors tolerata pro christo: vt de innocentibus. Et nullus potest seipsum baptisare hoc modo. Nulli enim licitum est seipsum interficere pro quacunque causa. Vnde factum Sansonis et Iosie qui seipsos interfecerunt secundum Hieronymum non est trahendum in consequentiam quia priuilegia paucorum non faciunt legem communem.
¶ Materia baptismi est aqua elementatis naturalis simplex recens et munda. Quia sacramentum maxime necessitatis debet habere materiam maxime communem: ne propter defectum materie aliquis impediatur a susceptione baptismi: sed baptismus est huiusmodi: ergo etc. Ex quibus patet quod nullus potest baptisari in aquis distillatis: sicut

est aqua rosacea: nec in vrina: nec in saliua: nec in brodio spisso. iã resoluto: nec in oleo: nec ĩ vino. Sci re tñ debes q in casu necessitatis dum nõ possit ha beri aqua naturalis põt fieri in aqua expressa de lu to ꝛ in aqua liq̃facta ex niue: ꝛ silr in lixiuio collato p cineres. vnde scias siue aqua sit calida tepida fri-gida benedicta vel nõ benedicta nihil facit ad bap tismuz dũtamen editeẽ periculũ pueri tpe frigido. Sed benedicetur in ecclesijs propter solẽnitatez ꝛ maiorem reuerentiam sacramenti.

¶ Materia baptismi ſm latinos: q̃uis greci ha-beãt aliã in idẽ tñ redeunt: eo q ambe faciunt chri-stianũ: hec est Johãnes. Ego baptiso te in noie pa tris ꝛ filij ꝛ spũssancti Amẽ. Unde baptisandus dz noiari ꝓprio noie ꝛ exprimere dz baptizãs hoc pro nomẽ ego: q̃uis ambo nõ sunt necessaria. Ideo illa forma predicta dz integra ꝛ incorrupta: nec in prin cipio dictionũ nec in fine: nec debẽt sumi alia notio nalia sicut est genitor genitus. Sic scias aliquos ex fatua deuotione addere ad predicta aliquẽ sanctuz dicẽtes ꝛ subiungẽtes in honorẽ btẽ Marie virgi-nis que additio ꝛ ꝯsimilis nihil facit ad baptismũ.

¶ Minister baptismi extra casum necessitatis est solus sacerdos: sed in casu necessitatis põt esse vir vel mulier tã fidelis q̃ infidelis: dũ tñ intendant fa

cere q̄ facit ecclesia: puta christianū. ⁊ semꝑ dignior in presentia pluriū dꝫ baptisare minus digno. Vñ qñ haberet dubiū an puer esset baptisatus vel nõ: põt baptisari sub tali forma. Si tu es baptisatus ego nõ baptiso te: sed si nõ es baptisatos ego bapti so te in noīe patris ⁊ filij ⁊ spūssancti Amē. Itē nul lus coacte dꝫ baptisari: sed solū petens voluntarie adultus ⁊ patrini pro puero. Iteꝫ baptisando semꝑ serues ritū ecclesie ĩmergēdo ter vel semel vel asper gendo quo non videaris nouus author haberi.

¶ Virtus ⁊ effectus baptismi est q̄ dꝫ oē peccatū tam originale q̄ veniale ⁊ mor. ⁊ ꝯfert ⁊ auget gra tiam ⁊ aperit portam regni celorum: ⁊ confert oēs virtutes tam mortales q̄ theologicas: si non quo ad vsum: tamen quo ad habitum.

¶ Reiterans baptismum ꝯm leges decapitandus est: ⁊ ꝯm canones ad sacros ordi. nõ promouendus.

¶ Cathecismus est ĩstructio fidei catholice ⁊ eius meriti.

¶ Exorcismus est adiuratio demonis vt recedat ab aīa baptizandi ⁊ det locum spūi scõ aduenienti.

¶ Confirmatio est charismatio facta in fronte ho minis per episcopum: vt confirmet ⁊ roboret homi nem in fide catholica.

¶ Materia confirmationis est charisma cõfectum

ex oleo oliuarũ ⁊ balsamo per ep̄m benedictũ. vnde cõficit̃ ex oleo oliue qd̄ signat nitorẽ cõsciẽtie ꝯfir matus enim dꝫ hr̄e splẽdorẽ maioris luminis fidei quã nõ ꝯfirmatus:⁊ debet expresse fateri fidẽ xp̄ia nam absqꝫ requisitione. Silr̃ cõficitur ex balsamo ad designandũ odorem bone fame ⁊ opinionis que debet esse in confirmato.

¶ Forma ꝯfirmationis est:Consigno te signo cru cis:confirmo te charismate salutis. In nomine pa- tris ⁊ filij ⁊ spiritussancti. Amen

¶ Minister cõfirmationis est solus ep̄s qui hꝫ cu rã totius cõmunitatis in sua diocesi ad faciẽdũ mi- lites xp̄i ad audacter ⁊ sine timore ⁊ verecũdia ꝯfi- tendũ fidẽ xp̄i. vñ pueri baptizati vsuꝫ rõnis aliqua liter hñtes tã femelle quã masculi sunt ꝯfirmandi: apti enim sunt ad confitendũ fidem Christi. Item nullus hoc sacramentũ scienter sine rationabili cau sa omittat:quia peccaret mortaliter.

¶ Ritus cõfirmationis est ꝙ confirmandus inũgi tur in fronte per modũ crucis ab episcopo cum cha rismate sub predicta forma verborum. Alapa uero que datur non est de essentia:sed propter memoriaꝫ habendam. Et locus frontis vncte debet tegi cum mundo pãno ad sacramenti reuerentiam.

¶ Effectus vel virtus confirmationis est spiritus-

sanctus datus confirmato ad robur z audaciā con fitendi nomen z fidē christi. z si nō sit obex in susci piente noua gratia datur vel prestina augetur in col latione eius: z si digne sumit pctā tā venia. q̄ mor ta. obliuioni tradita remittunt: vnde scienter sumēs bis hoc sacramentum secūdum leges decollabitur.

¶ Sacer ordo secundū Hugonem de sctō victore sic dscribit. z est signaculū quoddā i q̄ spūalis ptās tradit ordinato ad officiū eccl'iasticum exercēdum.

¶ Septem sunt ordines sacri. s. ostiariatus: lectoratus: exorcistatus: acolitatus: qui dicuntur minores: quia homo pmotus in his potest verum ɔtrahere mrimonium. Subdiaconatus: diaconatus: z presbyteratus: z illi dicunt maiores: quia hō in his pmotus non potest contrahere matrimonium.

¶ Ostiarius est ille qui habet custodire ingressū z egressum eccl'ie dei: ne infideles: heretici: iudei excōmunicati vel bestie intrent. Et illū instituit quādo ementes z vendentes eiecit dei templo dei.

¶ Lector est ille q hꝫ legere lectiones z pphetias

¶ Exorcista est ille qui habet coniurare z expellere demones. Unde exorcista in greco dicitur adiurans vel increpans in latino.

¶ Accolitus est ille qui habet portare lumen vel candelā in suis manibus quando legendū est euan

gelium vel sacrificium offerēdum. Unde accolitus in greco dicitur cereferarius in latino.

¶ Subdiaconus est ille qui habet epistolam legere in ecclia dei: et calicē et patenā ad altare christi deferre et leuitis tradere eisqꝫ ministrare. Et dicūt subdiaconi q̄si subiacētes preceptis et officijs leuitarū

¶ Diaconus est ille qui habet legere euangelium in diuino misse officio sacerdotibus assister̄ et eis ministrare in omnibus que agunt in sacramentis christi: puta in baptismo: chrismate: in patena: in calice: et alia omnia in altari disponere. Et dicit diaconus quasi minister. in omnibus enim potest ministrare sacerdotibus. Potest enim mensam domini disponere: vestire: crucem domini ferre: et predicare euāgelium et eqistolam ad populum.

¶ Presbyter est homo masculus sacris ordinibus ordinatus ad confitendū corpus et sanguinem christi deputatus. Unde presbyter grece dicitur senior latine: non in etate: sed in honore et dignitate.

¶ Materia sacri ordinis in gn̄ali: quāuis cuiuslibet sit specialis materia quā ordinandus ambabus debet tāgere manibus in porrectione talis materie Est illud instrumentū per qđ tradit ordo ordinato:

¶ Forma sacri ordinis in gn̄ali licet cuiuslibet sit propria in speciali est accipere potestatē faciēdi hoc

vel hoc in ecclesia dei. Unde forma ordinis presby
teratus est accipere potestatē ꝯsecrādi vel ꝯferendi
sacrm̄ in ecclesia dei ꝑ viuis ꝛ mortuis. vnde ordi-
nandus in sacris dʒ habere scientiam grāmatice: lo
gice ꝛ rhetorice: qꝛ ille scientie triuiales multum fa
ciunt ad scientiā pietatis: puta theologiā Quadri-
uiales vero non de necessitate ad ordinationes.
¶ Eucharestia est excellentissimū sacrm̄ corporis
ꝛ sanguinis dn̄i nr̄i iesu christi latēs sub speciebus
panis ꝛ vini ꝯsecratis. Et dr̄ ab eu qd̄ est bonum ꝛ
charos gr̄a quasi bona gr̄a: qꝛ in eo ꝯtinet̄ ille. s. Je
sus christus qui est fons gratie ꝛ omnis bonitatis.
¶ Materia eucharistie est duplex. Una est hec:
Panis de tritico cū aqua elemētari naturali recēti
ꝛ mūda ꝯfectus. ergo in pasta: in pane fermētato: in
pane de siligine vel ordeo vel alio grano nō pōt ꝯfi
ci corpus christi. Nec cū alio liquore: sicut est vinū:
lac: vel aqua distillata. Alia est hec Uinū de vite. ꝛ
nullo modo in vino moroꝝ: pomoꝝ: piroꝝ: cerasoꝝ:
ceruisia: aceto: musto: vel alio liquore pōt ꝯfisci san-
guis christi. ꝛ modica aqua que apponit̄ non est de
essentia sacramēti: sed apponit̄ ad denotandū vnio-
nē populi cum christo. Unde sacerdos ꝯsectans plu
res hostias nō determinet se ad certuʒ numerū: sed
habeat intentionem consecrandi quod est ante se.

¶ Forma eucharistie est duplex sm duplicez eius materiã. Una forma est panis: q̃ est hec. Hoc est n. corpus meũ vt pꝫ Math. xxvi. Marci. xiiij. Lu. xxij. Joh. xix. Alia est vini i calice: ⁊ est hec. Hic ñ. calix sanguis mei noui ⁊ eterni testamẽti mysteriũ fidei q ꝓ vobis ⁊ ꝓ multis effundet i remissionẽ pctõꝝ.

¶ Minister eucharistie est solus sacerdos rite ⁊ legitime ordinatus: non existens in peccato mortali: ⁊ cui non est prohibitum celebrare

¶ Missa est diuinũ officiũ in salutẽ fideliũ ad ꝯsecrationẽ corporis ⁊ sanguinis christi a sanctis patribus institutuꝫ. Et dr̃ a verbo mito: q̃ ibi filius dei mittitur in manus sacerdotis: vel q̃ angeli mittuntur ad ministrandum sacerdoti.

¶ Introitus est qui legitur quando sacerdos accedit ad altare dei. Et dr̃ a verbo introeo is ire.

¶ Collecta est oratio qua gs cum deo sequitur.

¶ Oratio est mentis in deum cum verborum expressione eleuatio: Et dicitur quasi oris ratio.

¶ Prophetia est scientia diuinitus inspirata que ineuitabili veritate rerum euentus ostendit.

¶ Epistola est superne cõmissionis ꝑ apostolos ⁊ alios sanctos dei ad hoc deditos cõpilatio. ⁊ dr̃ ab epi qd̃ est supra: ⁊ stolon missio quasi supna missio.

¶ Euangeliũ est diuine veritatis ꝑ sanctos euãge

listas ꝯscripta editio. Et dr̄ ab eu bonū. ⁊ an qđ est sursum ⁊ geliō nūciatio q̈si bona ȯ sursum nūciatio.

¶ Canon est compilatio verborum pertinentium ad diuinum officium: ⁊ ad conseruationem corporis ⁊ sanguinis domini nostri iesu christi.

¶ Extrema vnctio est sacr̄m qđ ꝯfert̄ ꝑ oleum oliuarū ab episcopo benedictū ad delendū pctā venialia. Et dr̄ extrema vnctio: q2 dat̄ illis q̄ laborant in extremis: qbus nō est aliud remediū ad penitēdum ꝑ pctis. Nā tales nullā aliā pn̄iaȝ sufferre possunt.

¶ Materia extreme vnctionis est oleū oliuarū ab episcopo benedictum. Nam sicut oleum oliuarum positum in vulneribus mitigat dolores corporales ita ēt hoc sacramentum mitigat dolores spūales: ⁊ ēt corporales. Unde oleum nucunlini vel amigdalarum non est materia huius sacramenti.

¶ Forma extreme vnctionis est. Per istā sanctā vnctionē ⁊ suā pijssimā misericordiā indulgeat tibi deus qcqd deliqsti ꝑ illicitū visum: auditū: gustuȝ: tactū: olfactuȝ. In noīe p̄ris ⁊ filij ⁊ spūsscti. Amē.

¶ Nota quinqȝ sensuuȝ exterioꝝ loca debēt inungi: sil̄r pedes ꝑꝑ gressuȝ: q2 in illis ꝯsistit radix pcti. Unde cecus a natiuitate: sil̄r surdus ⁊ mutus dn̄t ēt inungi: q2 forte inordinate petierunt. s. peccatum facere. Sil̄r claudus. Etiā carētes mēbris dn̄t inū

gi in locis vicinis: et dicēda est semp eadem forma.
¶ Minister extreme vnctionis est solus sacerdos cuz ministris siue sint p̄sbyteri siue nō. Unde soluz īfirmus decē et octo annorum vel vltra et sumēs eucharistiā; petēs inūgēdus est et nō pueri ī agone exn̄tes.
¶ Effectus siue virtus extreme vnctionis est remissio oīm pctōrum venialiuz: et pctōrum mortaliuz oblitorum: silr gr̄a habita augetur et noua confert. Et si infirmus sic vnctus superuixerit pōt intrare estuarium.
¶ Matrimonium est viri et mulieris legitima coniunctio indiuiduā vite consuetudinē retinētiuz. Et dr̄ mr̄imonium et nō p̄rimonium: qr mr̄es hn̄t maiorē laborē in partu q̄ p̄res. Dr̄.n. quasi mr̄is munium i. officium. Uel dr̄ a materia et monos vnum quasi vna materia: i. voluntas eorum adinuicem.
¶ Forma matrimonij est hec. Johānes cōmitto tibi Katerinam in legitimam vxorem: et Katerina cōmitto tibi Johānem in legitimum virum. In nomine patris et filij et spiritussancti.
¶ Uel sic. Accipio te in meā vxorē. et ipsa rn̄deat. Accipio te in viruz meum. In noīe p̄ris et fi. et spi. s. Amē. Silr sunt plures alie forme: sz in idē redeunt.
¶ Materia matrimonij est vir et mulier mutuum consensuz inuicē habentes. Unde importat respectuz intrinsecus aduenientem: puta applicationem viri

⁊ mulieris aduicem cum debita forma verborum.
¶ Effectus vel virtus matrimonij est susceptio ⁊ productio prolis: ⁊ euitatio fornicationis.
¶ Institutio matrimonij est facta i paradiso tem pore innocentie ab ipso deo.
¶ Bona matrimonij sunt tria: s. fides ne ipse cuȝ alia: vel ipsa cū alio coeat. ples vt ameť suscipiať ⁊ religiose educať: ⁊ sacr̄m qꝺ addit inseparabilitatē
¶ Penitentie ꝰm beatum Ambrosium est prete rita pctā plāgere ⁊ plāgenda nō iterum cōmittere. Uel sic. est sacr̄m cum qs deplāgit pctā pterita cuȝ pposito cauendi se ad futuruȝ. ⁊ dr̄ q̄si pene tentio.
¶ Et sunt tres partes penitentie: scilicet Contri-tio: Confessio: ⁊ Satisfactio.
¶ Contritio est dolor voluntarie pro pctis assum-ptus cū pposito ꝯfitendi ⁊ satisfaciēdi. Et dr̄ a ver bo cōtero qꝺ est simul terere. vn̄ cōtritio ⁊ attritio in hoc distāt. Nam ꝯtritio est dolor de oibus pctis cōmissis. Attritio vero est dolor pro aliquibus pec catis tantum: ⁊ non sufficit pro remissione peccato rum. Attamen sepe vnum ponitur pro reliquo.
¶ Confessio est legitima corā sacerdote hn̄te cla-ues ecclesie pctōꝝ declaratio. Et hoc mō sumiť hic
¶ Alio modo ꝯfessio est dei laudatio: ⁊ cōfiteri est deū laudare: sicut in hymno legiť de sctō Martino

Martine ↄfessor dei Et ↄfessio ē īstituta a christo ⁊ a beato Paulo pmulgata. Uñ ↄfessio venit a verbo confiteor cōposito a propositione con ⁊ verbo fateor quasi simul vel ex toto siue vndiqȝ fassio.

¶ Satisfactio ẜm beatū Gregoriū est pctōrū causas excidere. ⁊ eaꝝ suggestionibus additū non indulgere. Et sunt quattuor partes satis factionis scilicet eleemosina: ieiunium: oratio: ⁊ peregrinatio.

¶ Eleemosina ẜm beatū Thomā est q̄ aiaȝ a pctō liberaret ⁊ eā nō patiť ire ī tenebras. Et dr̃ ab eleemonia. i. misericordia: ⁊ sina qđ est mandatuȝ. Uel dr̃ ab ely quod est deus ⁊ sina mādatum quasi mādatū dei vel misericordie Deus eniȝ mādauit fieri eleemosinā. Uel dr̃ ab ely qđ est deus ⁊ mois aqua quasi diuina aqua ad mundandū animam a pctis.

¶ Ieiuniū est qđ stimuluȝ carnalium vitioꝝ reprimit mentē ad diuinoꝝ cōtemplationem eleuat. gratiam virtutum ⁊ celestium premiorum impetrat.

¶ Oratio ẜm beatū Johānē damascenuȝ est pius mētis affectus ī deuȝ tendens: ⁊ plerunqȝ ne anim⁹ pigriteť in vocē prorūpens. Et dr̃ quasi oris ratio.

¶ Peregrinatio est sanctorum locorum cum deuotione visitatio.

¶ Materia pnie est act⁹ penitentis q ↄsistit in cordis ↄtritione: oris ↄfessione: ⁊ p pctis satisfatione.

¶ Forma pnie vel forma absolutionis qd idē est. est hec. Dn̄s nr̄ iesus christus p suā magnā misericordiam te absoluat: ⁊ ego auctoritate ipsius quā fungor absoluo te ab oībus pctis cōtritis mihi cōfessis necnon oblitis. ⁊ a vinculis excōicationis minoris si incurristi: ⁊ restituo te in cōionem sancte matris ecclesie. In noīe pr̄is ⁊ filij ⁊ spūssancti. Amē.

¶ Vel sic ꝺm doctores: que est essentialis ꝯgruentior. Ego absoluo te ab oībus peccatis tuis: In nomine patris ⁊ filij ⁊ spiritussancti. Amen Unde effectus huius sacramenti est absolutio a peccatis.

¶ Claues ecclesie sunt tres Una est clauis auctoritatis: ⁊ illam hꝫ solus deus Alia est clauis excellentie: ⁊ illā hꝫ solus christus hō. Tertia est clauis ministerij: ⁊ illā habēt sacerdotes ad curā regendā admissi Et illa est duplex. Nam vna est scientia discernēdi inter leprā ⁊ nō leprā .i. inter peccatū ⁊ nō peccatū Alia est potestas ligandi ⁊ absoluendi.

¶ Peccatū est oē dictū vel factū vel cōcupitū cōtra legē dei: ⁊ est triplex. s. origina venia. ⁊ morta.

¶ Originale peccatū est illud qd ꝯtractū est a primo parente. s. Adā. ⁊ illud deletur per baptismum.

¶ Ueniale peccatū est illud p qd nō violaṫ preceptū dei. Uel sic. Est illd qd nō separat nos a regno dei. Et illud deleṫ p aquaꝫ benedictam: p extremā

E

vnctionem: per deuotam orationem: ⁊ ſic de alijs

¶ Mortale peccatum eſt illud quod ſeparat nos a regno dei. Uel ſic. Eſt quod violat preceptum dei. Et illud deletur per penitentiam.

¶ Peccatum in deum patrem eſt quod quis cõmittit ex debilitate anime.

¶ Peccatum in deum filium eſt quod quis committit ex ignorantia.

¶ Peccatum in ſpiritum ſanctum eſt quod quis cõmittit ſponte ex maliuolo animo.

¶ Decalogus eſt ſermo vt liber tractans de decẽ preceptis dei. Et dicitur a deca. i. decem ⁊ logos ſermo quaſi ſermo de decem preceptis dei.

¶ Precepta dei ſunt decem. Unde verſus.

Unum crede deum: ne iures vana per ipſum.
Sabbata ſanctifices: habeas in honore parentes.
Non ſis occiſor: fur. mechus: teſtis iniquus.
Nullus nuptam cupias: nec res alienas.

¶ Dotes anime ſunt quattuor: ſcilicet. Subtilitas. Impoſſibilitas. Claritas. Agilitas.

¶ Peccata clamantia in celum ſunt quinqꝫ: ſcilicet Homicidiũ. Uſura. Peccatũ ſodomiticũ vel contra naturam. Detentio mercedis. Deprecatio.

¶ Uirtutes cardinales ſunt q̃ttuor: ſcilicet. Prudentia. Temperantia. Juſtitia. Fortitudo.

¶ Uirtutes theologicales sunt tres. s. Fides est virtus theologicalis qua quis credit deum trinum in personis et vnũ in essentia. Spes est certa expectatio future beatitudinis ex gratia dei et proprijs meritis proueniens. Charitas est motus animi ad seruiendum deo ꝑpter seipsum: et ꝑrimo ꝑpter deum.
¶ Peccata in spũm sanctũ sunt septem. s. Desperatio: Inuidia fraterne charitatis. Spes peccandi. Interfectio. Presumptio falsi aut finalis in penitẽtia. Obstinatio in peccatis. Impugnatio veritatis.
¶ Opera misericordie spũalia sunt sex: scilicet. Dare bonũ cõsiliũ petenti. Corrigere peccatores. Consolari tribulatos. Inimicis parcere et remitteꝛ. Ferre persecutores. Orare pro inimicis.
¶ Opera misericordie corporalia sunt sex: scilicet Esurientem cibare Sitientem potare. Nudũ vestire. Infirmum vitare. Incarceratum consolari. Mortuum sepelire. Pauperi dare hospitium.
¶ Beatitudines sunt octo. s. pauperes spũ. Mites Misericordes. Esuriẽtes. Lugẽtes. Pacifici. Mũdi corde. Et q̃ ꝑsecutionẽ patiunꝛ ꝑꝑ iustitiã.
¶ Uirtutes sunt septẽ q̄ opponunꝛ peccatis mortalibus. s. humilitas: largitas: castitas: patientia: tẽperantia: charitas dei: frequentatio in bonis.
¶ Septem sunt dona spiritussancti: scilicet. Sapiẽ

tia. Intelligentia. Consilium. Pietas. Fortitudo. Scientia. Timor domini.
Uirtutes delētes peccata sunt quinqʒ: scilicet: Penitentia. Ecclesiarum visitatio. Peregrinatio. Indulgentia. Confessio.
¶ Aliena peccata sunt nouē: qr sunt cū alia psona ꝛ non ppria: ideo dicunt alicna .s. Jussio: ꝛ est q iubet aliquē peccare. Consiliū est q dat alteri ꝯsiliuʒ ad peccandū. Consensus est q ꝯsentit alteri ad peccanduʒ. Palpa est falsus adulator vel adulatrix: ꝛ est cō. ge. p regulā. Quedā dat sexus vterqʒ. Recursus est q defendit peccatorem. Participans est q capit partē de rebus male acquisitis. Mutus est q videt peccare ꝛ dolose tacet: cuʒ solo verbo sine sui periculo posset impedire. Non obstans est qui non vult peccato resistere. Non manifestans est q subtractā rem scit vbi est ꝛ non vult eam manifestare.
¶ Peccata mortalia sunt septē: qr mortificāt animā. Supbia est appetēs peruerse celsitudinis. Auaritia est insatiabilis ꝛ inhonesta quarūlibet rerū cupido. Luxuria est libidinose voluptatis appetitus. Ira est ebulitio sanguinis circa cor. Gula est imoderata cibi ꝛ potus cupiditas. Inuidia est dolor de aliena psperitate receptus ꝛ in detrimētū alterius ꝯsurgens. Accidia est tristitia aggrauās aīm hoīs.

¶ Filie seu rami superbie sunt septem: scilicet Inobedientia Hypocrisis. Cōtentio. Pertinacia. Discordia. Presumptio. Jactantia.

¶ Septem sunt filie auaritie: scilicet. Proditio. Fraus: Fallaim vel fallacia. Periuriū. Inquietudo mētis. Cōtra misericordiam cordis obduratio.

¶ Luxurie sunt octo filie s cecitas mētis in ꝯsideratio: incōstantia: precipitatio: amor sui: odium dei: amor pn̄tis seculi: despatio siue horror futuri scl'i.

¶ Ire sunt sex rami vel filie. s rixa: tumor: mentis contumelia: clamor: indignatio: blasphemia.

¶ Gule sunt quinqꝫ rami. s. ineptia: scurilitas: immunditia: multiloquium: hebetudo sensuum.

¶ Inuidie sunt quinqꝫ rami. s. odium subsidiatio: detractio. exultatio in aduersis proximi: afflictio in prosperis proximi.

¶ Radices accidie sunt septem: scilicet Malitia: rancor: pusillanimitas: desperatio: torpor circa precepta dei: vagatio mentis erga illi ita.

¶ Symbolū est collectio articuloꝝ fidei Symbolū est quadruplex vt hꝫ Jsidorus. v j li ethymo. c vij. Nā quoddā est symbolum aplo꜁: ⁊ est editio aplo꜁ in primitiua ecclesia: i qua ꝯprehendit fides catholica. ⁊ illud d' secrete in matutinis i prima ⁊ i. cōpletorio: ⁊ vocat Credo i deū patrē oipotētē ⁊c

¶ Aliud est symbolum iuris: scilicet primus titu-
lus de summa trinitate ꝛ fide catholica.
¶ Tertiũ est symbolum Nycenũ: Et dr̄ nycenũ:
qꝛ factum est in concilio nyceno propter grecos qui
negabant ꝓcessionem spũssancti ab vtroqꝫ. ꝛ illud
sic legitur in dominicis diebus alta voce. Credo in
vnum deum patrem omnipotentem. ꝛc.
¶ Aliud est symbolum athanasij: ꝛ est illud qđ dr̄
in prima in dominicis diebus alta voce. s. quicũqꝫ
vult saluus esse: Et dicitur a sin qđ est con ꝛ bolus
morsus: qꝛ quilibet apostolorum posuit morsellum
i. articulum: vt postea patet.
¶ Duodecim sunt articuli fidei ſꝫ apostolos. Pe
trus. Credo in deũ patrẽ oīpotentẽ creatorẽ celi ꝛ
terre. Andreas Et in iesum christũ filiũ eius vnicũ
dñm nr̄m. Jacobus maior. Qui ꝯceptus est de spũ
sancto natus ex maria virgine. Johãnes euangeli
sta. Passus sub pontio pylato crucifixus mortuus
ꝛ sepultus. Philippus. Descẽdit ad inferna. Tho.
Tertia die resurrexit a mortuis. Bartho. Ascẽdit
ad celos sedet ad dexterã dei pr̄is oīpotẽtis. Mat
theus. Inde vẽturus est iudicare viuos ꝛ mortuos
Jacobus minor. Credo in spiritum sanctum sanctã
ecclesiam catholicam sanctorum cõmunionẽ. Sy-
mon. Remissionẽ peccatoꝝ. Judas. Carnis resurre

ctionem. Mathias. Et vitam eternam. Amen.
¶ Item ciclus est spaciuz temporis plures annos continens in se reuertens. ⁊ ciclus dicitur quasi circulus reuertitur in se ad modum circuli.
¶ Item triplex est numerus. s. digitus. articulus. ⁊ nũerus ꝯpositus. Digitus est oĩs numerꝰ minor denario: hoc est oĩs numerus infra decẽ. Articulus est oĩs numerus diuisibilis ĩ decẽ ptes: equales: sic ꝙ nihil residuat. vt. x. xx. xxx. lx. ⁊c. Numerus ꝯpositus siue mixtus est q ꝯstat ex digito ⁊ articulo. vt xi. xij. xix. ⁊c. xxi. xxij: xxiij. xxiiij. xxv. xxvi. xli. xlij.
¶ Annus est spaciũ tpis quinquaginta duaꝝ hebdomadarũ. Item duplex est annus. s. cõis ⁊ bissextilis. Annus cõmunis est qui habet trecentos ⁊ sexaginta quinqꝫ dies ⁊ sex horas. Et illoꝝ annoꝝ sunt tres in quibus litera dominicalis semel variatur.
¶ Annus bissextilis est q hꝫ. ccc. lxvi. dies Et ĩ illo anno lr̃a dñicalis bis variatꝰ Et quare plus habeat in vno die ꝙ̃ annus cõis: assignatꝰ rõ: qr in quolibet anno cõi sunt sex hore superflue: ⁊ ille sex hore in quarto anno ꝯstituunt diẽ naturalẽ q facit annũ bissextilẽ. Itẽ duplex est dies. s. naturalis ⁊ artificialis. Dies naturalis est spaciũ tpis. xxiiij. horarum. vt de vna media nocte ad aliam. Dies vero artificialis est statio solis super nostrum hemisperium.

¶ Nota: ciclus est duplex s. solaris ⁊ lunaris Ciclus solaris est spacium tpis. xxviij. annoꝝ vltra se nō extendens. Cū aūt ciclum solarē scire volueris: tunc cōsidera annos ab incarnatione dñi: ⁊ videas quot habeas centenarios ⁊ illos numera p mēbra seu iuncturas digitoꝝ: ⁊ serua membrum vltimi cētenarij Et post hoc numera versum sequentem.

xxv xiij i xvij
Pentauigint. trede. iota. de sept.
v xxi ix
quinta monouigint quoqꝫ nouem.

¶ Et si versus deficit resumendus est donec tāgatur membrum signatum: tunc considera numerum istius dictionis que tangit membrū signatum Et post hoc numera articulos etiam per iuncturas digitorum ⁊ serua membrum articulorum ⁊ numera tunc versum sequentem.

x xx ij xij xxij
Dena vigin duo. duod vingindu.
iiij xiiij xxiiij vi
¶ Quattu quattuorde. vigintiqua. sex.

¶ Et tūc istius ꝯsidera numerū dictionis q̄ tāgit mēbrum signatū ⁊ adde istū numerū Et si aliqd superfuerit ēt adiunge. Et si iste numerus excedit vigitiocto: tūca toto collecto subtrahe xxviij. quotiēs

poteris:q2 est regula qñ in ciclo solari ꝛ numero pra cticato excreuit vltra.xxviij.tūc semꝑ vigintiocto sunt abijciēda:ꝛ tūc reliquus numerus ostēdit ciclū solarē. Et qñ aliqua figura nō haberet articulos vl tra cētenarios nec annos residuos:sꝫ ex cētenarijs reperit nouē vel ꝛc.tūc nihil est addēdū nec subtra hendum:vt patet in ista figura: ibi habet no- uem vt patet per numerum pentauigint.

¶ Item ciclus solaris valet ad inueniendum lite ram dñicalem. Cum aūt qs voluerit seu inuenire li terā dñicalem numeret ciclū solarē ꝑ iūcturas digi toꝝ. Et deinde legat hūc versuꝫ Grif.ꝛc.donec tā gat mēbrum signatū. Et si inditio q̄ tāgit mēbruꝫ signatum est vna litera de illis septē literis dñicali bus.s A.b.c.d e.f.g tunc talis annus est cōmunis. Si autem in tali dictione sunt due litere dominica les:tunc est annus bissextilis. Et prima litera du- rat vsqꝫ ad festum Mattie. Et secunda instat ꝛ du rat consequenter per circulum anni.

Grif e dit ci bas gri so nes dit
bo na gri fe di ri bus aug cor e
dus cib au gur si ed oc ob au

¶ Et isti versus valēt ad inueniendū literā dñica lem. Et litera dominicalis est litera q̄ designat no bis dñicam diem. Et sunt septem litere dñicales

f. A. b: c: d: e. f. g. Et i quolibet anno cōmuni est vna
et in anno bissextili sunt due. Et prima durat vsqz
ad festum Matthie: vt supra. Versus.
Post mathie diem mox iungito feriam
Litera si pridem domini variatur ibidem.

De Ciclo lunari.

Ciclus lunaris est spaciū tpis. xix annoꝝ vltra
se nō extēdens. Cū aūt ciclū lunarē scire qs voluerit. tunc ꝯsideret annos incarnationis q̄ habeant
centenarios: et istos nūeret p mēbra digitoꝝ et signet
mēbrū seu iuncturā vltimi cētenarij: Et post hoc legat versum sequentē: locādo ī quolibet mēbro vnā
syllabā: quousqz peruenerit ad membrū signatum.

Fi	la	qz	bar	go	ma	ri	cis	Fi
la	qz	bar	go	ma	ri	cis	he	nas
si	dus	in	oc	tor	e	tra	pe	nas

Et si versus deficit resumēdus est (vt prius) donec tāgat membrū signatum. et postea ꝯsideret syllabā tāgentem membrū signatum: que sit eius prima litera: et quota ista sit in ordine alphabeti: et talē
tunc numerum notet. Post hoc videat de articulis quot habeat: et istos etiam numeret per iuncturas digitorum et signet membrum vltimi articuli: et
numeret desuper istum versum.

x	i	xi	ij	xij	iij
x	monos	vnde	duo	duod	tres

xiij iiij xiiij
Trede quattu quattuorde
¶ Et numerũ dictionis que tãgit mẽbrum signa tum istum tunc predicto numero adiungat p additionẽ. Et si qs vltra articulos fuerit ẽt adiungat: et tunc si iste numerus excedit. xix. tunc decem et nouẽ quotiens poterit qr est regula in ciclo lunari si i numero practicato excreuerit vltra xix. tunc decem et noue3 tunc semper abijcienda: et reliquus numerus ondit ciclum lunarem seu aureum numerum. Et ciclus lunaris valet ad inueniendum interualium: vz numerãdo ciclum lunarem p iuncturas digitorum: et signet membrum vltimi numeri: et numeret tũc de super istu3 versum Ethereas et c. locãdo in quolibet membro vnã istarum dictionu3. Et dictio tãgens mẽbrum signatu3 ostendit interuallum: videlicet quot literas talis dictio h3 tot hebdomadas habebimus p interuallo illius anni. Hoc tñ interdum fallit: et ad euitandum hoc videat q sit litera dñicalis. Et postea prima litera dictionis reperta p ciclum lunarem si tunc talis litera dñicalis precedit primã literã dictionis in ordine alphabeti cadentis sup membrum signatum tunc: vna hebdomada est adiungẽda. Si aũt seqt vel est eadem cũ litera dominicali: tunc stabit sine additione et in anno bissextili: tunc

Ista additio dz fieri penes secundam literam domini-
calem ꝛ nō ꝑ primā: vt patet per versus sequentes.
¶ Anno bissexti currunt duo grāmata christi.
Hebdas si queras tenet vltima litera veras.
¶ Et interuallum est numerus hebdomadarum
ꝯcurrentium a ꝓxima dn̄ica post festuz natiuitatis
christi vsqz ad dominicā qua cantatur. Esto mihi.
¶ Ethereas. aretra. fraudula. baculos. edere.
claudunt. Fraude: diuertere: gaudens. candit.
anastrapha. dentans. Grund. eblatans. alicens.
dioca. blandens. cu. stra. clementis.

¶ De concurrentibus.

¶ Item ꝯcurrentes sunt duplices. s. concurrentes
hebdomadaꝝ: ꝛ ꝯcurrentes anni. Hebdomadaruz
sunt dies q mediant inter diē natiuitatis christi ꝛ
inter ꝓximā dn̄icā sequentem post festū natiuitatis
christi. Et illud pōt es acqrere ꝑ versus sequentes.
A nil. b iota. c duo. d tres. e quattuor f quinqz g
quoqz dat sex.
¶ Item concurrentes anni sunt dies que mediant
inter primam dominicam post festum natiuitatis
christi ꝛ inter festum circuncisionis Et illud habe-
tur per versus sequentes.
A nil. b sex c quinqz. d quattuor e tribus. f binos g

monos ↄcurrit in anno. ¶Preter in isto anno quando a ⁊ g sunt litere dominicales: tunc secunda litera dat concurrentes: ⁊ additur feria ⁊c.

¶ Lustrum est spacium quinqꝫ annoꝝ: ⁊ tria lustra faciunt inditionem. Inditio est spacium quinqꝫ annoꝝ. Et si inditionē invenire desideratis: tunc subtrahite ab annis incarnationis. M.cccc.xxii. Et si remāserit vltra quindecim: tunc subtrahite quindecim quotiens poteritis ⁊ reliquus numerus ostendit inditionem. Unde versus. Ab annus tolle mille quadringenta viginti quoqꝫ duo. Ultra qȯ inuenias ꝓ inditione sñias. Qui si excedat q tollas reliquū retineo. Itē alter modus inueniēdi inditiōes. Subtrahe ab āmis dñi mille quadraginta triginta septem. Et postea subtrahe xv. quotiens potes ⁊c.

¶ Festūꝫ sic describit̄. Est dies ob reuerentiā dei ⁊ sanctoꝝ suoꝝ a sanctis patribus institutus: ⁊ duplex est festum s. fixum ⁊ mobile. Festum fixum est festum habens certum locum in kalendario sibi signatum. vt sunt festa sanctoꝝ apostoloꝝ ⁊ martiruꝫ ⁊c. Festum mobile e. i festum qȯ penes ascensum ⁊ descensum lunationis celebrat̄ nullum certum locum habens in kalendario: ⁊ ideo dicitur mobile: qꝛ hꝫ certum ⁊ fixum locuꝫ in kalendario sibi signatum. Sed singulis annis variat̄. Et quinqꝫ sunt fe

sta mobilia s. Septuagesima. Quadragesima. Pa
scha Rogationes. ꝛ Penthecoste.
¶ Septuagesima est festum qđ ꝯtinet in se septua
ginta dies p quos designant̃ nobis septuaginta an
ni quibus filii israel erant in vinculis pharaonis.
¶ Quadragesima est festum qđ continet in se qua
draginta dies quos christus ieiunauit in deserto. ꝛ
etiam sunt obseruata a Moyse ꝛ Helia.
¶ Pascha est festuꝫ in quo dominus noster iesus
christus surrexit a mortuis Et dicitur a phase gre
ce quod est transitus latine: q₂ tunc christus transi
uit de morte ad vitam.
¶ Rogationum est festum in quo dominuꝫ nostrũ
Jesum christum rogare debemus vt defendat nos
a subitanea ꝛ improuisa morte. Et dicitur rogatio
num in plurali ꝛ non in singulari. q₂ non semel ro
gare debemus: sed pluries.
¶ Penthecoste est festum in quo dominus noster
Jesus christus discipulis suis misit spiritumsanctũ
Et dr̃ a pentha qđ est quinqꝫ: ꝛ coste qđ est decem
quasi quinquies decem. q₂ quinquaginta sunt dies
a festo pasche vsqꝫ ad festum penthecostes.
¶ Diceret aliqs plura sunt festa mobilia q̃ quin
qꝫ. Probat̃. nã festum corporis christi ꝛ aduentus
domini que ẽt sunt festa mobilia. ꝛ sic erunt septeꝫ.

Dr q̄ solum sunt quinqȝ festa mobilia antiquitus instituta. sed illa duo sunt festa nouiter instituta. ⁊ sunt minus principalia. Et lȝ aduentus domini sit festum antiquam tamen non variat̃ p integrã heb domadam: sed tantum ad tres vel quattuor dies.

¶ Item ad inueniendum festa mobilia notandi sunt versus sequentes.

Quini tres dant. sex autem quattuor assumunt.
Post septem quinqȝ. post octo sex relique
Post nouẽ septeȝ numera. post decẽ octoqȝ tu da.

¶ Pro intellectu illorum versuum est notandum quando habes quinqȝ pro interuallo: tunc numera tres hebdomadas a dominica qua hebdomade in terualli sunt inchoande: tunc habebis septuagesimam. Si habes sex pro interuallo numera quatuor. ⁊ sic de aliis.

¶ Item alia festa mobilia habent̃ p hos versus.

Tua septuagesima per tres sit tibi quadra.
Post sex sept. pascha. post quinqȝ sit tibi roga.
Post bis septem dies. sit festum spiritus almi
Et post christi duod. celebratur corporis festum.

¶ Ad inueniendum aduentum domini.

¶ Nota quando b c d. vna illarum est litera dominicalis: tunc aduentus domini celebratur proxima dominica ante festum Andree. Sed quando a,

f.g.vna illarum est litera dominicalis: tunc celebratur proxima dominica post festum Andree. Sed si e. fuerit litera dominicalis: tunc aduentus domini celebratur in prima die sancti Andree ꝛ festū Andree celebrantur in secunda feria. Unde versus.

Andream capiat b.c d. aut f.g. aufert.
Et remouet sanctum solet illud ponere christum
Etiam aduentus dñi habetur per hunc versum.

Alius versus.

Aduentus domini sequitur solemnia lini.
Incipit aduentus semper sab. post Katherine ꝛc.

¶ Impressum Rome per Antonium Bladum de Asula. Anno domini M.D.XXV. die xi. Januarii.

